Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38126
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

placeat uxori. Diuisae mulier & uirgo quae non est
nupta cogitat quae sunt dni ut sit sca corpore & spu.
Nam quae nuptae cogitat quae sunt mundi quo
modo placeat uiro. quantas molestias habeant
nuptae. & quod sollicitudines bus. uinciantur
in eo libro quem aduersus eluidium. de exhaeresi
mariae perpetua uirginitate edidimus puto breuiter
expressum. Nunc eadem replicare longum est
& sicut placet de illo hauriri fonticulo. uerum ne pe
tus uidear omisisse. hoc dica quod cu apostolus
sine intermissione orare nos iubet. & qui in conigio
debitum soluit orare non possit aut oramus semp
& uirgines sumus. aut orare desinimus ut coniugio
seruiamus. & si nupserit inquit uirgo non peccat
tribulationem tam carnis habebunt huiusmodi.
& in principio libelli praefatus sum me de angustiis
nuptiarum. aut nihil omnino aut pauca disputui
& nunc eadem admoneo ut si ubi placet scire quod
molestius uirgo libera quot uxor adstruitur sit
legas tertuliani adamicu filosophum & de uirginitate
alios libellos. & beati cypriani uolumen egregium.
& papae damasi suphac seuersum prosaq; conpo
sita. & ambrosii nri que nup ad sororem scripsit

opuscula